

mera amplissimaque beneficia meritis et inter-  
 cessione illius purissime matris a deo pre ipsius  
 que filio et spiritu sancto nobis exhibita ut merito  
 ad ea colenda laudanda honorandaque om-  
 nibus viribus obligemur. Ipsa nos pregit ab  
 hoste maligno. Ipsa iratum deum propter excre-  
 tes mortalium iniquitates sepius placat. Ipsa  
 nomen eius in uocantibus presidia liberalissime  
 prestat. Et non est que se abscondat a calore charita-  
 tis et benivolentie sue. Qua propter ut hodierna  
 die conceptionis illius dignitas agnoscat de  
 ipsa in presenti sermone quedam populi dicemur  
 audientes auribus cordis virginem benedictam  
 dicente verba in themate posita. Non dum  
 erant abissi et ego iam concepta eram. In quibus  
 triplicem virginis conceptionem distinguemus.  
 Prima dicitur diuinalis.  
 Secunda supernalis.  
 Tercia maternalis.

¶ Quod deus ab eterno concepit virginem in sua  
 mente omnibus puris creaturis preferenda.

**C**apitulum. i.  
 Prima virginis illibate conceptio dicitur di-  
 uinalis. quoniam scilicet ab eterno deo concepta illa  
 in sua mente. Ad quod intelligendum scire debemus  
 quod postquam coram deo conceptio. in cuius  
 deliberat aliquid facere dicere solet ita concep-  
 aio. Sic deo antequam aliquid crearet in sua volun-  
 tate firma et incommutabili prout diuinitate creare unam  
 puellam virginem sanctissimam que esset filii sui unigeniti  
 futura mater: spiritus sancti camera: porta  
 paradisi: ac celi regina. Sed hoc loco que-  
 rendum est utrum beata virgo fuit producta ante  
 omnem creaturam. Nam de ipsa ecclesia dicit illud  
 Ecclesiastici. xxiiij. ca. Ab initio et ante secula creata  
 sum. Et iterum in epistola huius solennitatis indu-  
 citur virgo dicens illud puri. viij. ca. Dominus  
 possedit me ab initio viarum suarum antequam que-  
 faceret a principio. Ab eterno ordinata sum  
 et ex antiquis antequam terra fieret. Hec dum erant  
 abissi et ego iam concepta eram. Hec dum font-  
 es aquarum eruperant. nec dum montes graui  
 mole constitierant. Antequam omnes colles ego partu-  
 riebam. Que verba ita sonare videntur quod ipsa pro-  
 ducta fuerit ante productionem quarumcumque re-  
 rum. Et si diceretur quod ipsa loquitur quantum ad esse  
 quod habuit in mente diuina non in proprio gene-  
 re neque sic erimus de veritate declarati cum  
 secundum doctrinam domini Bonanature in. i. di. i.  
 Dia que nunc sunt queque fuerunt a deo producta  
 et producte resque in fine fuerunt ab eterno in  
 deo secundum causatiua potentiam et secundum similitudinis  
 presentiam que tamen habent et tunc actualem  
 existentiam. Elementa itaque et corpora celestia  
 angeli et homines et cetera que sunt fuerunt in mente

diuina antequam essent. ergo non magis hoc com-  
 petit virgini dignissime quam reliquis creaturis.  
 Et si dicimus quod virgo fuit in proprio esse  
 vel genere ante omnem creaturam tunc irridere  
 nos possent fidei et religionis nostre aduer-  
 sarii: cum beata virgo nata fuerit ex Joachim  
 et anna sexta etate mundi: que Iesum peperit ea-  
 dem etate et ab urbe condita anno septingente-  
 simo quinquagesimo secundo. Ideo in hac pre-  
 inducimus sententiam Augustini. xij. li. con-  
 fess. vbi ait. quod aliquid dicitur prius altero quat-  
 tuor modis. Primo eternitate sic deo preedit  
 omnem creaturam. Secundo origine sicut sonus  
 preedit cantum. Tercio tunc sic flos preedit fructu  
 cum. Quarto electione vel dignitate sic aliquis  
 preeligit fructum magis quam florem. Virgo igitur  
 fuit prior omni creatura excepta natura creata  
 sui dilectissimi filii electioe sue dignitate. Si-  
 cut a simili dicit de christo Johannes baptista  
 Jo. i. ca. Ipse est qui post me venturus est qui  
 ante me factus est secundum diuinitatem: de christo dicit  
 mus genitum non factum: secundum humanitatem vero  
 dum christum concepit virgo Johannes in utero  
 matris agebat sextum mensem. Quare Gregorius  
 in Omel. exponit ante me factus est. i. mihi pra-  
 tus in dignitate. Et si obijceretur. quod angeli  
 sunt prestantiores et digniores hominibus cum  
 sint intellectuales substantie quod virgo sanctis-  
 sima angelicam sublimitatem excedere potest. Ad  
 hoc respondere possumus ex dictis domini Bo-  
 nauen. in. i. di. xliij. in questione vtrius deo pos-  
 tuit virginem facere meliorem. Quod beata virgo  
 potest considerari tripliciter. Primo quantum ad statum  
 naturalis conditionis: et sic fuit paulominus  
 ab angelis minorata. Angelus enim secundum suam  
 essentialis naturam potior est virgine. Secun-  
 do quantum ad gratiam conceptionis que data est ei  
 ut conciperet christum essetque verissima eius mater.  
 Et quantum ad hoc transcendit dignitate omnem  
 creaturam: omnium hominum: omnium angelorum. Nam  
 in illo vno consensu cum dicit. Ecce ancilla  
 domini: plus meruit consentiendo in conceptionem  
 christi quam omnes creature siue angeli siue homines in  
 omnibus suis actibus moribus et cogitationibus.  
 Et quidem omnes quicumque meruerunt nihil plus  
 potuerunt mereri nisi secundum diuersos status glo-  
 riam felicitatis eterne. Nec antequam virgo illo  
 glorioso consensu meruit primam omnibus: omnium  
 vniuersi: extinctionione fomitis et omnium gratiarum  
 donorum et virtutum plenitudinem sepe in regni  
 super omnes creaturas: secunditate in virginitate  
 te. et maternitate vniuersi filii dei. et ut ado-  
 retur in regno celorum adoratione dulcissime digno-  
 rie. Tercio potest considerari beata virgo quantum  
 ad excellentiam glorificationis. que in ecclesia